0166-0175- SS Soterius [Sother] - Ad Episcopos Italiae

O93, f. vb; N442, f. 35ra; V630, f. 35vb; I83, f. 74ra; VD38, f. 66vb; SG670, p. 129b; P9629, f. 10r

CUIUS[1] SUPRA AD EPISCOPOS ITALIAE.

Dilectissimis[2] fratribus per Italiae provincias[3] sanctis constitutis episcopis Sother papa.

Divinis praeceptis et apostolicis monitis informamur[4] [5], ut pro omni<SG670, p. 130a>um ecclesiarum statu impigro[6] vigilemus effectu[7], <I83, f. 74rb> ac si quid usquam[8] repraehensione[9] invenitur obnoxium[10], celeri[11] sollicitudine ab ignorantiae imperitia aut[12] praesumptionis usurpatione revocemus.
Sacratas[13] deo feminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas penes[14] vos contingere et incensum circa altaria deferre[15] perlatum[16] est ad apostolicam sedem, quae omnia repraehensione et vituperatione plena esse nulli recte[17] sapientium dubium est. Quapropter huius sanctae sedis auctoritate haec omnia vobis[18] resecare[19] funditus, quantotius[20] poteritis, censemus et, ne pestis[21] haec latius divulgetur[22] [23], per omnes provincias abstergi citissime[24] mandamus.
Ait enim apostolus: Despondi[25] vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo[26] ecclesia, sponsa <VD38, f. 67ra> unius viri Christi, quae[27] nullo se <V630, f. 36ra> patitur errore[28] vel inhonesta repraehensione vitiari, <SG670, p. 130b>ut[29] per totum mundum una nobis sit unius castae communionis[30] integritas.
Unde consurgite[31], carissimi, cum deo[32] et assistite ei[33] induentes arma spiritus[34] adversus malignantes contra fidem eius, et[35] probetur[36] spiritus sapienter, <I83, f. 74va> id est, verba illorum, si ex deo sunt. Scriptum est enim in Hieremia: Probatorem dedi te in populo meo robustum, et scies et probabis viam eorum. Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti[37] sacramenti sapientiae[38] discretionis, quae occulta tenebrarum revelat[39] [40], ad requisitionem <P9629, f. 10v> huiusmodi rei et [scrutationem[41], quoniam latet[42] quodammodo et absconditur vixque[43] compraehenditur dolosa exsistens malicia] pro eo, quod sibi pietatem callide[44] [blandiat[45], ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus ait: Nam huiusmodi] pseudoapostoli[46], operarii subdoli[47], [transfigurant se in apostolos <SG670, p. 131a> Christi. Sed non mirum, quando[48] ipse satanas transfigurat] se [velut[49] <VD38, f. 67rb> an]gelus lucis, si ministri eius transfig[urentur] velut [ministri iustitiae, quorum finis secundum] opera [eo]rum. Sed et dominus in hoc praemuniens[50] [51] [52] nos ait: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad [vos in] vestimentis [ovium,] intrinsecus autem sunt[53] lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo[54] <I83, f. 74vb> in[55] idipsum[56] ex toto corde referentes ante[57] omnia super tali quaestione deprecationem et dicentes cum David: Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua, lucerna pedibus meis verbum tuum, domine[58], et lumen semitis meis. Quoniam ipsius est, sicut ait beatus[59] Daniel propheta, sapientia et fortitudo eius sunt[60], dat[61] sapientiam[62] sapientibus[63] et scientiam[64] intellegentibus disciplinam. Ipse revelat[65] profunda <N442, f. 35rb> et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est, quia[66] sapientiam <SG670, p. 131b> et fortitudinem[67] dedisti mihi et ostendisti mihi, quae rogavi te.

Data Kal. Iunii Cetico et Clero cc. consulibus.

O93, f. 13vb; N442, f. 36rb; V630, f. 36ra; I83, f. 74 vb; VD38, f. 67rb; SG670, p. 131b; P9629, f. 10v

1 *Überschrift*] EPISTOLA SOTHERI PAPAE QUI AD ALTARE NON DEBEANT ACCEDERE *SG670*
2 DILECTIS *SG670*
3 provintias sanctis *korr. aus* provintias *O93*
4 *am Rande* docemur *VD38*
5 informamus *I83*
6 *am Rande* studioso *VD38*
7 affectu *I83; VD38; SG670*
8 *am Rande* in aliqua parte *VD38*
9 repraehensioni *korr. aus* repraehensione *V630*
10 *am Rande* dignum *VD38*
11 *am Rande* veloci *VD38*
12 et *korr. aus* ut *V630*
13 *am Rande* monacas non turificare nec sa[cra] vasa tangere *P9629*
14 *am Rande* apud *VD38*
15 diferre *N442*
16 *am Rande* denunciatum *VD38*

17 recta *SG670*
18 vos *korr. aus* vobis *SG670*
19 *am Rande* abscidere *VD38*
20 quantotius] quantotius *korr. aus* quatotius *O93*; quando citius *N442;* quanto citius *I83; VD38; SG670*
21 *am Rande* repraehensionis
22 *am Rande* diffametur *VD38*
23 divulgetur *korr. aus* devulgetur *V630;* devulgetur *I83*
24 diutissime *SG670*
25 Dispondi *V630; I83; SG670*
26 virgo *fehlt I83; SG670*
27 quae] quę in *korr. aus* quę *SG670*
28 inonorari *korr. aus* honore *SG670*
29 *am Rande* Quod femine sacratę nec va sacrata nec pallas contigere nec incensum circa altare ferre debeant *VD38*
30 *am Rande* societatis *VD38*
31 consurgite] consurgite fratres *korr. aus* consurgite *P9629;* consurgite fratres *N442; I83; VD38; SG670*
32 deo *korr. aus* domino *SG670*
33 ei *fehlt V630*
34 spiritus] spiritus sapienter *SG670*
35 et *fehlt SG670*
36 probetur] conprobentur autem *korr. aus* conprobetur *SG670*
37 tanti sacramenti] tantis sacramentis *SG670*
38 sapientia *VD38*
39 *am Rande* aperit *VD38*
40 revelet *korr. aus* revelat *SG670*
41 *am Rande* inquisitionem *VD38*
42 *am Rande* celatur *VD38*
43 *am Rande* tardius *VD38*
44 *am Rande* ingeniose *VD38*
45 blandiatur *V630; I83; VD38; SG670*
46 pseudoapostoli *korr. aus* speudoapostoli *SG670*
47 *am Rande* callide fraudulenti *VD38*
48 *interlinear* quoniam *VD38*
49 velut] velut sit *korr. aus* velut *SG670*
50 *am Rande* antedocens *VD38*
51 praemonens *VD38*
52 praemuniens nos *korr. aus* praemuniens *P9629*
53 sunt lupi *korr. aus* sunt *O93*
54 Ergo] Ergo attendite *korr. aus* Ergo *SG670*
55 *am Rande* pariter *VD38*
56 idsum *O93; N442*
57 ante omnia] omnem *VD38*
58 domine *fehlt V630*
59 beatus *fehlt P9629*
60 sunt *fehlt VD38*
61 dat *korr. aus* da *SG670*
62 sapientia *VD38*
63 sapientientibus *V630*
64 scientibus *P9629;* scientiam *korr. aus* scientiam et *SG670*
65 velat *O93;* revelat] revelat et *P9629; VD38*
66 Qui *SG670*
67 fortidinem *I83*